



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

1 De executione Concilij Tridentini contra Regulares.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## I.

De executione Concilij Trident. contra Regulares non subditos Episcopo, extra claustra notoriè delinquentes : & de pœnis eorum Superiorum illos punire negligentium.

C L E M E N T S P A P A V I I I .

Anno 1596. 23. Febr.

**S**Vcepti muneris ratio postulat, ut ea, quæ in Sacro Tridentino Concilio prouidè constituta sunt, ab ijs, ad quos spectat, inuicem obseruati curemus.

Maturo sane consilio ipsius Concilij decreto prouisum est, ut quicumque Regulatis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notoriè delinquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instance, & suo superiore intra tēpus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorē faciat, si minus ipse à suo item superiori officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri posse.

Verum quia experientia compertum est, interdū in huiusmodi decreti executione nimis remissile procedi, cum enim Episcopus instar, aliquem regularem, eo quo supradictum est modo, delinquentem, à suo superiore puniri, sāpe fit, ut superior regularem delinquentem ad alias suorum Ordinum loca, extra Episcopi dicēs, ex industria impunitum transmittat, atq; etiam ipse aliquando ad alias provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiorē reddat. Vnde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniti potest, cum extra ipsius dicēs existat, nec superior, qui delinquentē corrigerē negligit, officio priuatur.

Nos pro pastorali nostra solitudine, præfati decreti executioni, quantum cum Domino possumus, fauere, & præmissis malis, ut pat est, opportuno aliquo remedio occurrere volētes, de venerabilium fratum nostrorum S. Romanae Ecclesiæ Cardinalium prædicti Concilij interpretum sententia: Motu pro prio, & ex certa scientia notiis, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus, & singulis cuiuscumque Ordinis, & instituti Regularium, etiam Mendicantium superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatem, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurriendis pœnis præcipimus, & mandamus, ut iuxta prædictum decretum, quilibet ipsoū, regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit,

Episcopo instantे, intrâ tēpus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorē faciat, & aliās decretūm ipsum, in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum si superior in regularem delinquentem nou anima fuerit, quinimmo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi dicēs, vt præfertur, transmittat, volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatem, & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac ulterius priuationis actiua, & passiuæ vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & à Romano Pontifice protestate existent, restituī possit, ipso facto similiiter incurritis pœnis, ipsum regularem delinquentem à loco ad quem transmissus fuit, reuocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per prælentes similiiter statuimus, ut Ordinario loci ad quem regularis delinquentis transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci in quo deliquit, similiiter requisitus, vel aliās de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem seuerè animaduicere possit, & debeat.

I I.

De electione Iudicium conseruatorum pro Regularibus.

G R E G O R I V S X V .

Anno 1621. 20. Sept.

**S**anctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregorius Divina proutidentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum mouen, & de voto Venerabilium Fratrum suorum S.R.E.Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partim fel. rec. Clera. Papæ VIII. predecessoris sui vestigij in heredo. Reuocauit, ac nullas, & inuididas decrevit omnes, & quascumq; Iudicium Conseruatorum electiones, nominationes, seu deputationes tam in vim litterarum Conseruatoriarum iuxta formam in quinto Cancellarii descriptam, quam in vim quorumcumque priuilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum clapsum, Apostolica auctoritate concessorum, seu alias quocumque Iure, vel titulo haec tenus factas pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, Militijs, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Mona-